

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Job amicorum austeritate commotus tisdem reponit, si suo loco essent longe aliter locuturos : dolorem deinde suum plangit calamitatis magnitudinem ostendens, sigillatim morbos et miserias recensendo, quas citra iniquitatem aut ullam culpam suam patiebatur, cuius consciam esse Deum asserit; ad quem ut iudicem appellat.

1. Respondens autem Job, dixit : 2. Audivi frequenter talia, consolatores onerosi omnes vos estis. 3. Numquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris. 4. Poteram et ego similia vestri loqui : atque utinam esset anima vestra pro anima mea : 5. Consolarer et ego vos sermonibus, et moverem caput meum super vos. 6. Roborarem vos ore meo : et moverem labia mea, quasi parens vobis. 7. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus : et si tacuero, non recedet a me. 8. Nunc autem oppressit me dolor meus, et in nihilum redacti sunt omnes artus mei. 9. Ruge meae testimonium dicunt contra me, et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam contradicens mihi. 10. Collegit furorem suum in me, et comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis : hostis meus terribilissimus oculis me intuitus est. 11. Aperuerunt super me ora sua, et exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt penis meis. 12. Concluit me Deus apud iniquum, et manibus impiorum me tradidit. 13. Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum : tenuit cervicem meam, confregit me, et posuit me sibi quasi in signum. 14. Circumdedit me lanceis suis, convulneravit lumbos meos, non pepercit, et effudit in terra viscera mea. 15. Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. 16. Saccum consui super cutem meam, et operui cinere carnem meam. 17. Facies mea intumuit a fletu, et palpebrae meae caligaverunt. 18. Haec passus sum absque iniquitate manus meae, cum haberem mundas ad Deum preces. 19. Terra ne operas sanguinem meum, neque inveniat in te locum latendi clamor meus. 20. Ecce enim in caelo testis meus, et conscius meus in excelsis. 21. Verbosi amici mei : ad Deum stillat oculus meus. 22. Atque utinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo! 23. Ecce enim breves anni transeunt, et semitam, per quam non revertar, ambulo.

Verbi et 1. Jobi amici et consolatorem.

1 et 2. RESPONDENS AUTEM JOB DIXIT : AUDIVI FREQUENTER TALIA : CONSOLATORES ONEROSI OMNES VOS ESTIS. — Jobus tres amicos jure merito reprehendit, quod officio suo desint, et sic ad nauseam usque eadem saepius inculcarent, quae non sat isti rerum articulo accommodata, potius augerant quam leniebant dolorem, cui se medicinam afferre velle profitebantur, quamobrem ipsos consolatores appellat onerosos; Septuaginta vertunt παραδιδόντες, consolatorem malorum; Aquila, παραδιδόντες πόνου, consolatores laborum; Theodotion, παραδιδόντες κόπον, consolatores molestiarum : et est Hebraismus, pro eo quod diceret : consolatores mali, laboriosi, molesti. Sic Olympiodorus in Caten. exponit : « Vos igitur, inquit, κακοὶ παραδιδόντες, mali consolatores estis, dum verbis ærummas meas amplificatis, et, ut videtur, a scopo

aberratis : nam cum consolandi causa adieritis, me crucialibus identidem laniatis, hominem qui conviciis læsit neminem. » Gregorius interpretatur παραδιδόντες, οὐ θεράπειντες, consolatores, non curatores, dum in Caten. sic ait : « Vel eos, qui secum erant summa necessitudine conjuncti, consolatores habebat tantummodo, non curatores malorum, qui calamitatem quidem contuebantur, calamitatis autem arcem non rationem ignorabant : neque enim plagam illam ad virtutis comprobationem, sed ad solutionem pœnæ referebant; nec opinabantur solum, sed etiam ipsam ærummam eidem exprobrare minime verbebantur, eo praesertim tempore, quo, tametsi propter improbitatem illa Jobus pateretur, decebat nihilominus acerbum qui aderat casum verbis ad solandum idoneis et artificio quodam mi-

Quod ut figare. » Sic ille : veri quippe consolatoris et animorum medici munus est, adesse afflictis, et σὺνδραματικῶς, καὶ ἰδίῳ παραδίδωμι, in ærummarum veluti communionem venire, et oratione solari, ait S. Chrysostomus lib. I De Provid. et homil. 6 ad populum Antiocheum has sacerdotum esse partes ostendit dum ait, διακρίσει ψυχῶν; οὕτως ἰατρῶν παραδιδόντων, iudices terrent? igitur sacerdotes consolentur : sunt enim medici animorum veluti ψυχοδαίμονες et circulares, qui in οὐρανὸν partem intendi esse debent, ut morbo animi doloribusque oppressum, calamitatis succumbentem, telo fortunæ graviore exanimatum si quem forte repererint, benevolentissime recreare possint, atque adhibere illa medicamenta, quæ a peritis magni artificii ἀνάσσει καὶ παραρροπία, hoc est dolorem sedantia, lenientia et consolatoria dicuntur; et cerle optandum esset ut in eo artificio excelleret, quod Antiphon, vir e Græcia, dicendo clarissimus excogitavit : is cum celeres haberet ingenii motus ad inveniendum auctores, et promptam atque expeditam in loquendo facilitatem, stadium suum ad merentium hominum dolores mitigandos et leniendos converterit : quare σοφιστῆς, hoc est indoctæ artis est professus, habuitque in oppidis Græciæ eruditus et speciosissimas disputationes, quas Philostratus lib. De Vitis Sophist. νεωδύς vocat, velut quendam amuletum luctus, quibus hominum animos casu et fortuna prostratos excitabat, et oratione solabat. Hoc inquam divinum inventum emulandum esset hominibus cordatis, praesertim oratori sacro, quod eloquentiæ proprium magni semper fecere sapientes : nam ea causa facta a Græcis sive Suedala magifico elogio dicta παρηγορητῆς, consolatrix; cuius in Attica positum simulacrum a Praxitele opere eximio perfectum meminit Pausanias. Ac prudenti quidem consilio Cresollus noster Mystag. omnibus auctor est, ut rerum silvam et insignium exemplorum habeant copiam, quibus pro mali et incommodorum varietate ad dolorem leniendum utantur penitusque sedandum : nam qui operam industriamque suam ad juvandos alios et instituendos conferunt, sine dubio sepe incidunt in hominum greges morientium. Hic orbitate, ille rei familiaris damno percellitur : alteri fama honorque nominis malignosa hominum fraude violatus est : alii propinquo exilium atque dedecus sempiternas animi molestias peperit : hic dolore corporis, quotidianus ille scrupulus et tentationibus affligitur. Unumquodque proprium genus orationis et accommodatam medicinam postulat, quæ cum prudenter et apposite loco et tempore adhibetur, nullus est tantus dolor infixus animi dolor, quem dicentis et consolantis oratio non evellat. In eam rem valet plurimum, ea loqui animo et cogitatione comprehensio, et quibus rationes peccati posse ad consolandum monent, qui dicendi artificium ingenii sui monumentis illustrant; quæ S. Patres in promptu

manus consolatorem et medicum animorum.

Antiphon insititit artem consolandi morientis.

Quæ consolandi debet sciri hominibus esse familiaris.

habuisse liquido intelliget, qui oculos atque mentem ad exquisitas eorum orationes admovent, nam si quando ad illud genus orationis delabuntur, nihil solent omittere, quod ad animos consolandos et evellendum cruciantis molestie aculeum facere possit. Atque in ea dicendi ratione praestitit D. Chrysostomus, cuius rei dant specimen clarissimum libri De Provid. ad anguem expoliti. Nihil splendidus atque dulcis illa copia et compositione verborum optimorum, nihil fortius, si rationes et argumentandi vim consideremus, cum de rerum humanarum sordibus et contemtionem disputat, de vite brevitate, de inanitate honoris et gloriae, de merito patientie, de singulari Dei benignitate in calamitatibus immitendis aut permittendis, de arcanis illius iudicis, de illustribus eorum praemiis et bravio aeternitatis, qui corporis animique vexationes Dei causa in hoc vite cursu pertulerant, denique de aliis, quæ ad afflictæ animi molestias minuendas et tollendas pertinent. Ceterum cum nihil horum amici illi, sed contraria omnia, quæ Jobi animum vehementer exulcerabant, afferrent, jure merito illos παραδιδόντες ἰατρῶν, ut Symmachus interpretatur, consolatores odiosos, molestos, onerosos appellat, et gravius vicissim verbis eos excipit dicens :

3. NUMQUID HABEBUNT FINEM VERBA VENTOSA? AUT ALIQUID TIBI MOLESTUM EST SI LOQUARIS? — Tandem, inquit, aliquando cessent verba ventosa, id est turgida, inflata, plena vento, ut exponit S. Augustinus, quibus leptomus extollit : ventosum dicitur apud Latinos vento plenum, ita Plinius lib. II cap. XVIII, « ventosus aer »; Virgilius lib. VIII Æneid., « ventosi folles » dicit :

Aliis ventosis folibus auras Accipiant redduntque.

Per translationem autem accipitur pro tumido, elato, inflato, jaetabundo : ita Plinius in Paneg. : « Superbiebat, inquit, ventosa et insolens natio; » Virgilius lib. XI Æneid., « ventosa gloria; » Horatius lib. I Epist. 19, « ventosa plebs; » et Cicero dicit « ventosum imperium; » et esque apud eundem « ventosus homo, » is scilicet, qui multo sono reboat, et seipsum jactat, qui de seipso gloriosa predicat, cum homo nihilli sit. Ventosa ergo verba dicuntur, quæ jactat aliquis summo boatu reboans, cum nihil eorum quæ exprimit et promittit habeat aut complere possit : item quæ nihil ad rem faciunt. Vide quæ ad vers. 2, cap. præced. notavimus. Orat igitur Jobus non sine stomacho, ut ab illis verbis, quæ plane nullum habent usum, abtineat Eliphaz, atque consideret, non eodem sensu aliqua dici ab eo qui sano est corpore et animo læto, et audiri ab illo quem dolor excruciat in afflicto corpore, et moror sollicitat et angit in animo contracto ac tristi. Mihi, inquit, grave est, a te et ab aliis hæc audire toties, quem angustia premit et exagitat dolor; at

D. Chrysostomus afflictorum consolator est.

Verba ventosa quæ dicuntur.

Facies est alium reprehendere, sed reprehensionem audiri diffinit.



sane imago Jobi luctuosa et ad commiserationem maxime opportuna videbatur. Sed Eliphaz, qui hic falsiloquus appellatur, quod falsa opinione...

Hebraeus textus versum hunc succinctius effert, Jobum in secunda persona sic ad Deum loquentem introducens, et corrugasti me in testimonium...

Septuaginta legunt, καὶ ἐκείθεν πῶς, ὡς παρρησίαν ἐπέειπες, καὶ ἄλλον ἐν ἑστέ τοῦ φησὶς πῶς, et ὅτι, κληδιστὴν με, in testimonium fuit, et surrexit in me mendacium meum, q. d. His velut vinculis dolorum constrictum...

Myslice S. Gregorius lib. XIII Moral. cap. IV: « Quid per rugas, inquit, nisi duplicitas designatur? rugae itaque sunt sanctae Ecclesiae omnes, qui in ea dupliciter vivunt, qui fidem vocibus clamant, operibus denegant: hi nimirum pacis tempore, qui hujus mundi potestatibus eandem fidem honori esse conspiciunt, fideles se esse mentiuntur; sed cum sanctam Ecclesiam subita adversitas procella turbaverit, illico ostendunt quid in perfida mente moluntur. Dicit itaque: Rugae meae testimonium dicitur cor meum, id est, ipsi me insequendo decipiunt, qui nunc in meo corpore positi duplicitatis suae in se malitiam non emendant. »

10. COLLEGIT FUREM SUM IN ME, ET COMMINANS MIHI, INFREMIT CONTRA ME DENTIBUS JUS: HOSTIS MEUS TERRIBILIS OCVLIS ME INTUITUS EST. — Magna est hic diversitas sententiarum inter interpretes, an qui dicitur furorem colligere sit Satan, an Eliphaz, an dolor, an Deus ipse; omnes quidem probabilem suae sententiae adferunt rationem: verum mihi coherenter videtur sententia, quae hoc ad Eliphazum ac proinde ad reliquos ejusdem opinionis assertores refert, quos sequenti versu arguit calumniarium et crudelitatis, q. d. Falsiloquus iste quidquid furoris habuit et virium in me

Rege aut symbolica duplicitatis.

Malignus Eliphaz.

vetum effudit, et sicut fera a venatore laesisset, ut dicitur in Jobum animam.

Ceterum sciendum non eam esse querimoniam, quod truci vultu aut oculis ardentibus illum intueretur: quis enim nisi puellulus eam faciei ferociam horreret? constat id ex originibus, nam Hebraea habent לִי עֵינַי עָלָי, tillosch henuu H, id est, exacet oculos suos contra me: sive, ut repunit lectio Tigurina, oculis suis micat contra me; que acerrimum et oculatissimum non sine malignitate intuitum a capite ad pedes lustrantem, et circumlustrantem ad aliquod illius vel levisimum erratum investigandum atque venandum, denotat; ad eum scilicet modum, quo, sumpta imagine ab aquila, que omnium avium oculissimum cernit, sive ab Epidauris draconibus, qui oculatissimi esse perhibentur, dicebat Horatius Satyr. 3:

Cor in amicorum vitilis tam cereris acutum? Quam aut aquila aut serpens Epidauricus.

At quidem preterquam quod, ut dixi Cicero lib. I De Orat.: « Fere nemo est, quin acutus atque acrius vitia in dicente quam recta videat, » hominem justum atque innocentem ab hoste extero intuitu acutissime circumspecti atque lustrari grande malum non fuerit, cum inde et ipsius probitas atque innocentia magis eluceat, et inimici oculi virtutis pulchritudine repercutiantur, et gravius doleant. Plus ergo hostiles isti oculi virtutis minantur: aperitur id Chaldaeus et Septuaginta: ille enim quamvis in Bibliis Regis habeat, oculos tanquam novarium acuit contra me, sensu jam dato; at a Cypriano Cisterciensi et aliis sic capitur, oculis subtilia inspicit me. Quod plane non modo innuit acerrimum et acutissimum intuitum, ut videat atque perlustrat quid reprehendere, quid calumniari possit; sed eleganti subtile similitudine, quae rem perforat, ut occultius sine profundius penetret setamque introducat, denotat interiorum cogitationis visum, quo secretum animum et occultum justum intentionem quis penetrat; ut quamvis externa omnia ad rationis leges composita videat, operis tamen scopum occultissimamque intentionem, divinis solum oculis perestigabilem, quam, etsi alia minus recta videret, excusare atque defendere (juxta S. Bernardi monitum, « excusa intentionem, si opus non potes ») æquus iudex deberet, ipse inquam accuset atque damnet; vel si indifferens opus sit, quod a fine operantis bonitatem sive malitiam capiat, in peiore partem interpretetur, ne ullus reo evadendi locus aut facultas suppetat, « cum sit justus oc-

phasi in Jobum animam.

Oculi maligni tanquam in cernit.

Oculi subtili inspicere est quare non calumniatur.

Quocumque posuerit in locum partem.

culpa de manifestis praedicare, quam manifesta de oculis predamare. »

Quam cogitationem non minus eleganter expresserunt Septuaginta, qui ex correctissima Chaldaeae lectione habent, ἄξιον ἰσχυρῶν ἐνδρακο, ἔξαιραὶ πα εἰς τὰ ἄσπερα, acie oculorum irruiit, mucrone percussit me in genibus, ubi Biblia Regia pro acie, quod verterat S. Augustinus, reddunt telis seu spiculis oculorum. Cui lectioni praeter elegantes telorum et mucronis locutiones sive translationes, quae insanabilia vulnera significant, emphatica subest imago ferendi in genibus; quae in hanc sententiam majorem vim habet, quam si alteri, quamvis delicatissima corporis parti, plaga illata consideraretur. Nimirum vulnus genibus inflatum hominem enervat, nec illum effugere aut loco discedere movere permittit, ut significare hac locutione S. Job videatur, ea hostem malignitate suis actionibus insidiatum tam externa quam interna incusando, et in peiore partem detorquendo, ut omnem illi defensionis aut excusationis effugium intercluderet. Et vero « quis innocens esse possit, inquit Ammianus Marcellinus lib. VIII, si accusasse sufficiat. »

11. APERCERUNT SUPER ME ANA SEA, ET EXPROBRANTES PERCUSSERUNT MAXILLAM MEAM, SATIATI SUNT FOENIS MEIS. — Describit atroces injurias et contumelias quas perpeussit sit; illud autem, percusserunt maxillam, proverbialis est apud Hebraeos dicendi modus de summa et atroci contumelia, uti Hebraeus noster docet in Adag. sac. Vet. Test. part. II, adag. 28. Similis omnino huic locus est in Thren. III, 30: « Dabit percussit se maxillam, saturabitur opprobriis, » quem locum, uti et hunc, de Christo Domino, cujus Job tyrum gessit, Patres vulgo interpretantur, utpote qui in vita non semel atrocissimis contumeliis, et in passione insuper opprobriis, colaphis et plagis fuit coopertus, et in penis saturatus; et in evangelio docens virtutem atque insigne patientiae ait Matth. v, 39: « Si quis te percusserit in dextram maxillam, praebere ei et alteram: » vult enim discipulos suos injuriarum esse patientes, nec facile referre. Isidorus Hispanensis lib. De Pass. Dom. cap. XXIX, hanc sententiam in prophetiam accepit tantum refert, quod Christus Jesus flagellandus esset, et palmarum ietibus percussendus. Beda in expositione hujus loci ad illud: « Percusserunt maxillam meam: » ita, inquit, percussisse intelligendi sunt, dum ei in faciem probra et maledicta coniecerant, secundum Apostolum, qui juxta hunc sensum Corinthiis scribat, inter caetera dicens II Corinth. I, 20: « Si quis vos in faciem credit; » et quod secutus ait: « Secundum ignobilitatem dico: » exposuit quid sit in facie credi, id est contenti ac despicii. Rupertus item abbas in Matth. cap. v, ad illa verba: Si quis te percusserit in dextram, etc. Sciendum, inquit, quia Dominus noster, qui hac docet, in primis vel maxime fecit quod docuit: ipse percussit maxillam orabuit

adpleta sunt votis quam in salam.

Oculi maligni tanquam in cernit.

Job tyrum Christus.

Maxilla percussio est et probra et foem et despectu per probra.

non solum et alteram, sed et totum corpus, ut saturaretur opprobriis, juxta illud Isai. I, 6: « Corpus meum dedi percussentibus et genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus. » Istiusmodi nempe saturatus est opprobriis: nec enim movit, sed praenimia dilectione nostri sic illa suscepit tanquam panem saturatis. Singuli ergo nostrum persecutionem quoque pro justitia patientes demus percussit maxillam, et satremur opprobriis, videlicet libenter accipiendo mala praesentia, ut futuris aliquando bonis saturemur.

12. CONCLUSIT ME DEUS APUD INIQUUM, ET MANIBUS IMPIORUM ME TRADIDIT. — Hec quae sequuntur usque ad finem capituli Deo attribuit, q. d. Sed quid mirer aut querat, cum Deus ipse me iniquorum manibus quasi constrictum tradiderit, in quem quidquid haberet offensionis et acerbissis evomerent, et pro sua libidine vexarent? Vim habet ille dicendi modus, conclusit me: sic enim Deus electos compedere suo vincire solet in arumnam carere, ne libertate abutantur et intereant. Illud vero, et manibus impiorum me tradidit, aperte indicat Jobum Christi figuram praetulisse, qui traditus est impiorum manibus, et iniquorum furori permixtus. Hebraeus habet, conclusum tradidit me Deus perverso, et per manus improborum declinare me facti: ita nimirum ut primum concluderet ipsum Deum, ac deinde tradidit perverso et iniquo, scilicet diabolo, tentandum et vexandum, et per manus improborum Arabum et Chaldaeorum declinare seu deflectere illum fecerit a statu felici et prospero, in quo hactenus fuerat, ad statum istum miserum, in quo tunc versabatur, ubi bene observat Pineda noster Jobum, tametsi lamentabiliter conqueratur, nihilominus uti decet sapientem et religiosum virum de suis calamitatibus locutum esse; quandoquidem cum illarum gravitate conceptam de divina benignitate fiduciam conjugat. Septuaginta vertunt, περιβόλαι ἤρξεν με κύριος ἀπὸ χείρας ἀδίκων, imi δὲ ἀδικῶν ἐπέβη με, tradidit enim me Dominus in manus injustorum, et super impios projecit me; Symmachus, ἀπὸ χείρας ἀδικῶν ἐβή με. in manus impiorum projecit me. Porro ad presentem suam calamitatem magis exaggerandam, et commiserationem sui excitandam, pristinum felicitatis suae statum in memoriam revocat dicens:

13. EGO ILE QUONDAM OPULENTUS REPENTE CONTRITUS SUM: TENUIT CERVICEM MEAM, CONFREGIT ME, ET POSUIT ME SUBI QUASI IN SIGNUM. — Job hic acerbum casum suum graphicè describit, quem eo graviorem fuisse declarat, quod de aliori quædam fuerit dejectus, sicut quidam dixit: Misericum esse fuisse felicem. Repente dicit, quoniam paucis diebus copiis omnibus fuit eversus, et morbo gravissimo oppressus. « Tenuit, inquit, cervicem meam » sicut tenet miles cervicem gallinae, et intorquetur illam confringit ac discerpit; vel sicut vir robustus puerulum cervicæ arreptum in ter-

10. 12.

Vers. 11.

Dens dicitur concludit erumit ut abstrahitur libertate.

Job in lamentis memore dicitur in Deum.

Vers. 13.

Job replete a summa felicitate ad extremam miseriam.





pristinam meam dignitatem, antiquum statum meum, qui felicissimus erat. Sic alibi Psalm. cxi, 9: «Cornu ejus exallabitur in gloria;» et Psalm. lxxv, 14, «exallabunt cornua justii;» et Psalm. cxxviii, 14, «exaltavit cornu populi sui;» et I Reg. ii, 40, «sublimavit cornu Christi sui;» in qua significatione frequens est hujus vocabuli in Scriptura usus, designatque potentiam, gloriam, perspicuitatem et regnum, desumpta scilicet metaphora ab animalibus ratione carentibus, quibus hastarum armorumque loco cornua Deus addidit. Qui autem de capite interpretantur respexerunt ad priscum morem lugentium, qui caput pulvere opplebant ad testandum dolorem suum: sane caput eminet in homine, ut cornua in cornutis animalibus; hoc autem in magno luctu cinere aut pulvere aspergebant, ut superius cap. ii, vers. 12, tres amici ex communi lugentium usu fecisse memorantur, ubi plura de hoc ritu annotavimus.

Vars. 17. 17. FACIES MEA INTUMUIT A FLETU, ET PALPEBRÆ JObi facies exallabitur in gloria; et oculi intumuerunt a fletu. HEC CALIGABERUNT. — Adhibuit nempe alium quocumque lugentium ac penitentium habitum, scilicet amarum fletum, quo ejus facies oculique intumuerunt, et visus hebetatus fuit ex humiditate, quæ resolvitur a cerebro, et per oculos genasque decurrit, sicut quotidiana fieri constat experientia; plurimos autem amissis aut obscurasse oculorum lumen, dum æquo plus lacrymis et merori indulgent, res notior est quam ut operosa indigeat probatione. Certe David de semetipso faletur Psalm. xxxvii, 11: «Et lumen oculorum meorum non est mecum,» sed clarius Jeremias in Thren. ii, 11: «Defecerunt præ lacrymis oculi mei,» quod idem est cum eo quod Job hic ait a fletu palpebras suas caligasse, per quas oculos intelligit, partem pro toto: sic in Psalm. x, 4: «Palpebræ ejus interrogant filios hominum,» id est oculi, quibus providentia ipsius innuitur. Septuaginta versus hunc nonnihil aliter reddunt hoc modo, οὐρανὸς ὡς οὐρανὸς ἀπὸ δακρυῶν, ἐπὶ δὲ θρηνησῶν μου οὐρανὸς, venter meus combustus est a planctu, et super palpebras meas umbra: alia exemplaria habent οὐρανὸς θανάτου, quam ut veteriorem lectionem amplexa est editio Complutensis, et S. Augustinus agnoscit, «a quo umbra mortis, quam Olympiodorus quoque præfert. Auctor Catene Græcæ in ventre animam intelligit, quam etiam sæpius cor significat, et ita explicat, anima mea ardet, nec lacrymæ quidquam remittunt. Fortasse in ventre combusto, id est siccato atque exhausto corde, significat Jobus exsiccatum lacrymarum fonte defecisse lacrymas, quas exsiccat vis iltarum nimirum profusa, aut comprimit stupor et immoderatus dolor. Hebræus textus habet, facies mea combulata fuit præ fletu. id est, quasi luto facta, et deturpata quodammodo: nam fletus aqua demurpatur, et sordidatulentam facit, quod uno verbo lutulare dicitur; unde Cato: «Postea, inquit, aspergiot amara omnia quod lutulaveris,»

id est luto infeceris, aut fœdaveris: hoc in Jobo conceptu et explicato facile est; siquidem ex lacrymis et cinere, quo conspersus erat, subactum est lutum, præsertim accedente sanie, qua ejus facies ita deturpata fuit, ut larvam sibi impostuisse videri potuerit. Si nonnemo fortasse stoicis imbutus principiis fletum tam uberem vitio vertat Jobo, dicens virum fortem, præsertim regem, qualis erat ipse, lacrymas dedecere, atque leoni similem effici debere; qui quantumcumque tristetur, vix unquam tamen idecirco rugit, aut fremit, vel suspirat, sed tacitus atram intra se bilem concoquit, et imo corde dolorum premit. Hic respondendum, non quascumque lacrymas, etiam profusas, vitium forte adeoque regem non dedecere; siquidem supr. cap. i, 20, fletum, et alia istiusmodi externa doloris signa, in calamitatibus moderate adhibita, cum vera fortitudine ac perfecta virtute quom optime consistere ostendimus: quin imo virum vere fortem, ac virtute præditum, in ipsomet virtutis ac fortitudinis exercitio nonnunquam lamentari, et in clamores lacrymasque irrumperere cum laude posse. Cujus rei luculentum in rege Davide et ipsomet Christo, cujus hac in parte una cum Davide Job typum gessit, habemus testimonium, quem flevisse sæpius in vita et in morte tum in sacris annalibus Evangelistæ, tum apostoli in monumentis suis prodiderunt. Quod doctus Salvianus lib. vi pie et eleganter notavit: «Christum, inquit, flevisse legimus, risisse nunquam legimus:» qua in re quoddam sacrum vel diluivium miratur et prædicat S. Bernardus Serm. 3. in ramis palmarum, ubi de Servatore in hunc modum loquitur: «Non solis oculis, sed quasi membris omnibus flevisse videtur, ut totum corpus ejus, quod est Ecclesia, totius corporis lacrymis purgaretur.» Haudquaquam igitur quæris lacrymæ, sed molles, sed feminæ et irracionales virum fortem et prudentem dedecet: ut enim in aquis, sic in lacrymis magna est varietas. Nam sicut inter aquas, ut Anastasius Sinaita lib. iii Auaqoy, contempli. notat, quædam est genitalis, ut Egyptia; alia quæ adiri non potest, ut Ammonica; quædam potabilis, ut fontana; quædam infertilis, ut Hiericuntina; lethalis etiam quædam, ut Aethiopia: sic in lacrymis non absimile notare licet distinctionem: nam quædam bonæ sunt et potabiles, nempe lacrymæ devotionis ac pietatis, quæ ex animi religiosi fonte promanant, easque a beatis angelis suaviter chibi aiunt Patres, et in vinum quodammodo mutari, adeo ut S. Bernardus serm. 30 in Cant., «lacrymas penitentium vinum angelorum» appellare non dubitet: quod in illis sit vitæ odor, sapor gratiæ, indulgentiæ gustus, reconciliationis jucunditas, et consequens est, easdem quoque esse valde fertiles, quippe quæ copiam bonorum affectuum ingenerant, et intumorem actionum, quibus Deus aut placatur, aut conciliatur, aut amplius demem-

refur. Sunt item aliæ quædam infertiles, quarum causa vilium rerum amor est, nec virtutis honestatem intuetur: et hæc omnino vanæ sunt, quom non fructu et temere funduntur; vel etiam ad vanitatem accupandam, quales eorum, qui, ut verbis dicam Maximi Taurinensis serm. in die Cæmerum, a falso oculorum merore præconia laudana mercantur.» Reperitur et lethales in flagitiosis hominibus, qui impotentii velitarum rerum libidine feruntur, quas adipisci cum totius animi et corporis contentione non potuerint, præ dolore lacrymantur, quod maleficiu non patrarint: par scelus eorum est, qui flent ad suadendum flagitium animosque molliendos, quod Scriptores in mulierculis animadvertunt, quibus Catullus falsas lacrymulas tribuit: D. Bernardus Epist. 247, eleganter vocat lacrymas doctas mentiri: vulgo dicitur lacrymæ crocodilli ad decipiendum et nocendum comparatæ. In eadem sunt classe, qui præ invidia in aliena felicitate ploratum edunt: vel qui affecti a quopiam injuriis, dum præcipitii furore elati ulcisci vehementer cupiunt, nec possunt, lacrymantur. Ad hoc denique genus pertinent omnes, qui seclerata ex causa merore animi et imbre oculorum complentur. Quos damnat, miseraturque S. Ambrosius lib. x in S. Lucam, cum agit de lacrymis D. Petri; quem ait lacrymas profundisse, quia culpa illi obrepserat, homines autem sæpe flere, quod non in culpam inderint: hoc est, inquit, si non vindicent, si non obteant quod improbe cupiunt. Sunt quædam denique indifferentes, quas naturalis vocant lacrymas, quod eas animi motus et affectio naturalis exprimit; quæ nisi pio proposito et honesta voluntate in bonum finem et beatum referantur, vacuæ sunt luce laudis, et premio carent apud Deum; naturæ tamen utiles esse possunt et valetudini aliquando: quam ob causam fletum puerorum infantium probat Aristoteles lib. i Polit. cap. xvii, ubi vetat illos a fletu impediri, eo quod tales ejulatus et lacrymæ pro sint eis ad robur, atque incrementum corporis eorum suppediant: huc accedit Hippocratis medicorum principis lib. vi De Morbis populi. sect. i, monitum illud præclarum, dicentis, lacrymas in acutis morbis, si ultro et ex voluntate fundantur, esse bonas; si præter voluntatem et invito fluant, malas videri: unde etiam hunc celebratum aphorismum reliquit: «Lacrymæ voluntariae malum non sunt; irrisilis autem decurrentes malum.» Valere quoque ad leniendam vim doloris animique levandum sapientes viri putant: qua de re Petrus Blesensis Epist. 49, in hunc modum meminit: «Multis solatio sunt lacrymæ, et ex parte maxima magnitudinem doloris immittunt. Dolor siquidem speciem ignis gerit, quia dum plus tegitur plus ignescit.» Ex dictis, ut opinor, luculenter patet contra Quæ stoicos, non omnes esse lacrymas viro etiam forti

365 COMMENTARIA IN LIBRUM JOB, CAP. XVII. 365

vicio vertendas ad fugiendas, sed quasdam esse laudabiles, quæ ipsum non tantum non dedecent, sed etiam plurimum ornent; quales sunt compunctionis, devotionis et compassionis, quas summi momenti protique apud Deum esse sanctissimis omnes viri consentiunt. Jobo autem adeo fuerunt familiares, ut eas etiam in florentissima fortuna, in mediis mundi lætitiis et communi hominum recreatione veluti spiritale quoddam condimentum adhiberet. Hinc in septemdiarii illo filiorum convivio, in quo genialibus epulis hilarius indolgebant, ne forte in aliquo peccassent, plus parens totus compungebatur, et piaculares pro iis quotidie hostias offerebat; quas, uti par est, compunctionis simul ac devotionis lacrymis Deo gratissimis ubertim irrigabat. Quantum autem compassionis quoque lacrymis deditus esset abunde infr. cap. xxx, 23 declarabit dicens: «Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima meo pauperi.» Sunt sane istiusmodi lacrymæ veluti uniones pretiosissimæ gratissimæque Deo, quibus S. Augustinus sacrificii vim nomenque tribuit, in quo sanguis ipsius cordis fundatur. Sanctus quoque Chrysostomus in Psalm. cxxix, nobile quoddam elemosynæ genus esse dicit ἑλεος, iugemiscere et flere propter eos qui affliguntur. Est enim actus eximii amoris erga proximum, quod instar potentissimii sacrificii hominum noxæ et peccata abolentur, ut divinum oraculum monet I Pet. iv, 8: «Charitas operit multitudinem peccatorum.» Ubi sunt lacrymæ compunctionis, subito labes animorum eluuntur et pereunt. Haudquaquam sane vulgaris aut cæterorum hominum similis fuisse Jobi fletus existimandus est, quo et faciem suam intumuisse et palpebras caligasse proficitur; sed omnino suppar isti Davidis, qui cum dixisset regalem se etiam lectum continuo fletu opplevisse, adjungit Psalm. vi, 8: «Turbatus est a furore oculus meus,» vel, ut S. Hieronymus verit, caligavit oculus meus; Chaldaeus dixit, obtenebratus est; Cajetanus, tenevit, hoc est, erosus vitiatque est oculus meus, et magnitudine atque frequentia lacrymarum extabuit, sic ut fletu continuo luminum aciem hauserit et consumperit. Quæ sane ostendunt, vix unquam illum sine compunctione lacrymisque fuisse, quæ de die et de nocte exundarent. Sed hoc Jobi fletus præ Davidis luctu mirabilior et excellentior fuit; quod nullum in peccato fundamentum aut cum delicto commercium habuerit, ut tanto perfectius fletu suo Christi lacrymas præfiguraret. Unde subdit: «18. HEC PASSUS SUM ABSQUE INQUIETATE MANUS MEÆ, CUM HABEREM MUNDAS AD DEUM PRECES. — In Hebræo prima ista verba, hæc passus sum, non habentur, uti nec in Græco; sed tantummodo sic, Absque eo quod non sit violentia in manibus meis, etiam pura est precatio mea, Quod Septuaginta vertunt, ἀδωνος ἐν χερσὶ μου εὐχὴ ἐστὶν

Lacrymæ infertiles et vanæ.

Lacrymæ male ac lethales.

Lacrymæ molles et irrationales.

Christi ipse sæpe flevisse legitur, risisse nunquam.

Lacrymæ indifferentes ac naturales.

Infantes prosumt ad robur.

Lacrymæ voluntariae malum non sunt.

Quæ stoicos, non omnes esse lacrymas viro etiam forti

crisma sint mandabiles.

Qualis fuit Jobi fletus.

*ἡ δὲ χεὶρ αὐτοῦ, injustum autem nihil fuit in manu mea;*  
*deprecatio autem mea munda, ut cum precedentibus*  
 Jobi de- *deprecatio autem mea munda, ut cum precedentibus*  
 tus non *deprecatio autem mea munda, ut cum precedentibus*  
 fuit cum *deprecatio autem mea munda, ut cum precedentibus*  
 iniquitate *deprecatio autem mea munda, ut cum precedentibus*  
 con- *deprecatio autem mea munda, ut cum precedentibus*  
 junctus. *deprecatio autem mea munda, ut cum precedentibus*

Manus est symbolum operationis et generalis instrumentum operantis et generalis instrumentum operantis.

11, 8, ut « puras manus » habeant in in Græco est *ἄσπετος, sanctas*; Tertullianus in *Apolog.* cap. xxx, legit *innocuas*, nimirum a scelere omni immunes, que ad nullum malum facinus adhibeantur. Eo quoque retulit b. Chrysostomus divinum illud inventum de manibus in precatioe attollendis, quod Vales pius sacrificii quoddam genus vocavit *Psalm.* cxi. 2 : « Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum; » cuius moris hanc causam reddit, ut nimirum si quando ad scelus et maleficium vocemur, apud nos reputantes sacrum illud mysterium, et futurum, ut illas manus ad Deum *ἀσπετῶν, velut advocacione functionas*, et per illas spiritali sacrificium oblaturi simus, vereamur eas ignominia et pudore afficere, et illius propesteræ actionis luto et colluvione maculare. Illam igitur sacræ religionis ceremoniam vocat *ἁγία τῆς χάριτος, utilitatis virtutum, nequitie frenum, remoram improbitatis*. Eodem etiam pertinet illud *Psalm.* cxxxii. 2 : « Extollite manus vestras in sancta, » ubi legit S. Chrysostomus, « extollite manus vestras *ἀκαταμίχτους, sacrosanctas*, hoc est, prout decet *ἁγιοκρατέους, sanctificatos*; » quorum proinde non eor modo animumque, sed manus quoque sacrosanctas et ab omni obscenitate purissimas esse oporteat.

Quibus conformiter S. Job tanti mysterii haud ignarus hoc loco « mundas ad Deum preces » vocat, que nulla fæce humilium rerum oblitæ sunt, nullis sordibus perturbationum inquinatæ, sed clarissimis erectæ pennis, coelestes alie divine. Illum cursum munde orationis David cupiebat *Psalm.* cxi. 2, cum rogat *Dei dono atque munere* dirigi orationem suam « sicut incensum, » hoc est more modoque thymiamatis, quod ex rebus odoratis confectum summus sacerdos in nobilissimo templi adyto foculo imponebat; unde fumus tam directo itinere sursum attollebatur, ut nullius procelle vi atque turbine ullam in partem flecti posset. R. Kimchi in hunc Jobi locum ait, præstantes in suffumigandi arte viros ab Alexandrina civitate Hierosolymam evocari solitos, ut suffumigatio sursum recta fieret instar palme, neque odorata illa expiratio hæc illuc ageretur. Sed non tam illud humano artificio, quam fieri divino prodigio magni viri suis monumentis prodiderunt. Significat igitur Job sanctissimus se adhibuisse tantam mentis in orando constantiam, ut rejectis repudialisque aliis curis et cogitationibus, tota in cælum atque ad Deum contenderet. Quod divinissimum animi bonum in Gorgonia sorore sua commendat S. Gregorius Nazianzenus *Orat.* 11, cuius ait in precatioe fuisse *τὴν ἀκατάμιχτον, καὶ παράσποντον, mentem minime vagantem et sublatam in altum*. Atque illud ipsum olim fuisse christianorum omnium studium et notis veterum commentariis facile intelligimus. Scite et eleganter ait Tertullianus lib. I *Contr. Marc.* cap. xxxii, orationem ad cælum Deo expandi, ut cum elatis in sublime manibus ipsa

oratio quodammodo evolare in cælum atque ad Deum ire videretur.

Hinc sollemnisi illa monitio, que manavit et disciplina apostolorum, et providentissima institutio : *Sorsum corda* : quam S. Jacobus et sinu Christi fidei christianæ magister, quam divus Marcus, quam deinde alii suis in Liturgiis posuerunt : *ἄνω ὄψαν τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας, sursum habemus mentem et corda*, inclamabat in conventu pio sacerdos; præsertim in angusto aræ sacrificio, quod divine S. Gregorius Nazianzenus *mystica et sursum ferentia sacra* nominal; ut omnes intelligerent adentes ad Deum, atque precibus S. Numinis colloquium ambientes, omni abjecta futillum rerum cura leves et alatos esse oportere. Quo in genere non possum non mirari vehementius et predicare majorum nostrorum consuetudinem plenam religionis inusitate pietatis, qui cum in templo sacris precatioibus darent operam, in clausulis orationum pedem omnes solebant attollere, ut præ amore sempiterni domicili studioque magno coelestium viderentur jam et corporis tabernaculo migrare velle et conjungi Deo. Rem magnifice Clemens Alexandrinus lib. VII *Strom.* expressit in hunc modum, *τὸς τὴν πόδας ἐκτρέφειν, etc., pedes attollimus* « in extrema orationis acclamatione, prompto animo et alacritate insequi cupientes beatam illam naturam, que mente et intelligentia percipitur; et una cum verbo corpus abducere conantes *μετάσπροντα ποταμῶνα τὸν ἕρπον ἐκτροφεύειν, etc., erectam animam et desiderii pennis elevatam cogimus in sancta progredi*. » Idem prope significat D. Ambrosius lib. VI *Hexam.* cap. ix, qui mirabilem Dei providentiam in humano corpore fabricando suspiciens, pedes aiebat nobis datus non ut brutis animalibus quatuor, sed ut avium generi duos, quod sublimis alta petere debeamus. Sed paulo clarius eandem ipsam in templo consuetudinem Justini martyris videtur attingere cum agit de iis que a christianis die Dominica fierent : « Post lectiones, inquit, sacras et antistitis cohortationem, *ἀνοστήματα κατὰ πόδας, καὶ εὐχὰς πύρραρον, consurgimus commutiter omnes, et precatioes multissimas*. » Argute et sapienter Eusebius Emisenus homil. in *Nativit. B. Virginis* animadvertit inter clericos poni columbam illam argenteam tergo inaurato, que in æthera sublimis evolat; ea causa et de sanctis *die Isai.* xl. 31 : « Assument pennas ut aquile, volabunt, et non deficient. » Addit propter hoc et Tabernaculum maxima ex parte opere plumario factum esse, ut omnes alas suscipiamus, et volare discamus. Plura de elevatione manuum alisque orantium gestibus vide *supr.* cap. xi, 43, fusius explicata et moralizata.

19. TERRA NE OPERES SANGUINEM MEUM, NIQUE INVENIAT IN TE LOCUM LATENDI CLAMOR MEUS. — Est patheticæ atque elegans sermonis apostrophe ad res mutas sensuque carentes, ut quam in præcedenti versu assenuerat sua conscientie puritatem

iterum confirmet ac roboret : terram enim compellat, atque in testem citat, ac rogat, ut si ali- quod eorum, que ab Eliphazo et objecta sunt, criminum unquam commiserit, minime illud occultet, nec celet afflictionem et miseriam, qua ejus sanguis vitæque consumebatur. Non enim nomine *sanguinis* hic intelligendus est crur, qui in ejus venis existerat; sed peccatum, pro quo sepe in Scripturis accipitur *Psalm.* l. 16; *Isai.* i. 45; *Ose.* iv. 2; *Ezech.* ix. 9, etc. et afflictio, que sit pena peccati, q. d. Velim cælo et toti mundo notam esse calamitatem meam ejusque causam, ut omnes videant innocentiam meam. Ita Chrysostomus, Polychronius, Olympiodorus in *Caten.* qui etiam hæc ad appetitum justæ de hostibus vindictæ referunt; quasi videretur alludere ad sanguinem Abel just, cuius vox de terra ferebatur in cælum, cum per Genium fuisset sanguis in terram, juxta illud *Gen.* cap. iv. 10 : « Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, » ubi, ut bene notat S. Ambrosius *Serm.* 76, « clamare dicitur sanguis, qui innocens effusus est, non tam voce quam causa. » Hic quippe sanguinis clamor celem et atrocem in conspectu Dei vindictam vehementer expostulat, sic enim dicitur peccatum clamare ad Deum : quare *vox sanguinis* idem est quod *patricidium*. Quem locum cum eleganter sic expendit D. Ambrosius lib. II *De Abel et Cain* cap. ix : « Non dixit; De fratris clamor corpore, sed : De terra clamat. Elsi frater parit, terra non parit; si frater tacet, terra condemnat : ipsa est in te testis et iudex : testis acrior, que adhuc patricidii tui sanguine madet : iudex asperior, que tanto scelere coinquinata est, ut aperiret os suum, et reciperet sanguinem fratris tui de manu tua. » Et illa quidem aperuit os suum quasi acceptura de fratris verba pietatis, nihil timens cum frater videret, que secretis geramanitalis amoris incertivum esse, non odii : nam quomodo poterat patricidium suspectare, que adhuc non viderat homicidium ? Sed tu effudisti sanguinem, cuius dolens ipsa contagium, non augebit virtutum suam dare tibi. Non mediocre etiam dogma quod ait : *Vox sanguinis fratris tui ad me clamat*; quia Deus justos suos audit etiam mortuos, quoniam Deo vivunt. Et merito pro viventibus habentur, quia etiam corpore gustaverint mortem, vitam tamen incorpoream capiunt, et illuminantur suorum splendore meritorum, in eo quoque fruuntur æterna. » Sic Ambrosius, cuius quot verba testentur contra Caini patricidalem inhumanitatem, et pro commendanda fratrum concordia et iustorum funeribus celebrandis. Simili igitur modo mens Jobi sic exprimi posset, ac si dicit : Nolo terra mox absorbere sanguinem meum tabemve decurrentem : habet quippe sanguis innoxii hominis, licet corruptus ac foetidus, vocem suam, que in cælos effertur, et iudicis officium implorat. Nolo ergo vox hæc sanguinis mei terra

In oratio- nis arcam elevan- da.

Antiquitas pe- dem in- fias ora- tionis attolle- ant, et cur.

Munda preces qua.

Jobi li- orationis attentio.

Sangu- nis nomi- ne sepe peccata intelli- guntur.

Quomo- do san- guis di- catore- mare de- terra.

Terra vindic- tam de- Cain ex- postulat.

Justi post mo- tem Deo- struunt.





ret longam illam vexationem non esse scelerum supplicium, sed fidei atque patientiae probationem, cum nullius sibi culpae conscius esset. Ut enim scelerum conscientia languidos reddidit robustorum animos, sic ubi haec abest audaces reddidit innocentes, et ita constantes, ut cum Deo ipso congressi non recusent, quod hic Jobus optare se dicit : sane verum est quod Horatius cecinit lib. I Epist. 1, bonam conscientiam instar muri aerei esse, qui homines securos esse jubet, quantumcumque hostis premat :

Hic murus athenus esto, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Haec explicatio est Sancti nostri, et mihi omnium placet maxime; neque tamen illorum expositio displicet, qui Jobo id in votis esse putant, ut causa haec a Domino iudicaret eo tempore, quo adhuc superest halitus, et potest utilis esse disceptatio; neque ad illud differat tempus, in quo non licet viam illam repetere, quam semel confecti, neque gressus corrigere, quos extra legem et orbitam instituit. Cui explicationi belle assonant quae proxime sequuntur :

23. ECCE ENIM BREVES ANNI TRANSEUNT, ET SEMITAM PER QUAM NON REVERTAR, AMBULO. — Est familiaris vixi praesentem piis ac sapientibus mortis hora imminente graviter, sancte et apposite loqui, cum jam se coram iudice sistendos cogitent, nolintque

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Job ex arummarum magnitudine et multitudine certam sibi mortem imminere praesagit, et amicos praesentem tantum remunerationem statuente insipientiae arguens, ipse futuram requiem praestolatur.

1. Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulcrum. 2. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. 3. Libera me, Domine, et pone me iuxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. 4. Cor eorum longe fecisti a disciplina, propterea non exaltabuntur. 5. Praedam pollicetur sociis, et oculi filiorum ejus deficient. 6. Posuit me quasi in proverbium vulgi, et exemplum sum coram eis. 7. Caligavit ab indignatione oculus meus, et membra mea quasi in nihilum redacta sunt. 8. Stupebant justi super hoc, et innocens contra hypocritam suscitabitur. 9. Et tenebit justus viam suam, et mundis manibus addet fortitudinem. 10. Igitur omnes vos convertimini, et venite, et non inveniam in vobis ullum sapientem. 11. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. 12. Noctem verterunt in diem, et, rursum post tenebras spero lucem. 13. Si sustinero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. 14. Putredini dixi : Pater meus es, mater mea, et soror mea, vermium. 15. Ubi est ergo nunc praestolatio mea, et patientiam meam quis considerat? 16. In profundissimum infernum descendent omnia mea : putasne saltem ibi erit requies mihi?

Mala conscientia timidos, bono vero audaces reddidit.

1. SPIRITUS MEUS ATTENUABITUR, DIES MEI BREVIABUNTUR, ET SOLUM MIHI SUPEREST SEPULCRUM. — Job hic prosequitur et explicat id quod in fine capitis praecedentis per circumitionem de instante sibi morte dixerat : « Semitam, per quam non revertar, ambulo, » indicans instare jam extremam metam, a qua ad carceres revocari non sator, cum labore anguste attenuatus spiritus, et deficiat libere respirandi facultas : vix enim, inquit, spiritum duco, quod est morientis indicium, et vite jam deficientis, quae trahendo reddendoque spiritu continetur, quare cum magna difficultate respirandi diu non valet existere. Posset etiam sic explicari, ut spiritus animam significet, juxta quod scribitur de hominis informatione Gen. ii, 7 : « Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem. » Et ita Chaldaeus hoc loco transfert, anima mea, q. d. Animam ago, pereo, et vita mea consumitur, quae explicatio Graecis arrisisse videtur, qui ita vertunt, ἡδύναμι πνεύματι ζωίζοντες, pereo spiritu agitata; quod vero attenuabitur dicit, est futurum pro praeterito, phrasi Scripturae usitata. Post autem attenuatio spiritus ad respirandi difficultatem, quam vocant δύσπνοια, vel asthma, referri, vel etiam ad attenuationem spirituum vitalium; at certe tot suberant in homine tabido mortis cause, ut non multum referat hanc illaevae disquirere. Recte autem et eleganter attenuatae compressaque respirations junguntur dies decurtati, ut proxima et accelerata mors describatur, et nihil jam esse reliquum nisi sepulcrum, commune mortuorum domicilium; hanc scilicet unam habet homo domum, quae nomen non mutabit, quaeque ad judicium usque perpetua erit. Ville, aedes praeclearae, horti, agri, praedia, mille mutant nomina, et mille cum nominibus dominos; at sepulcrum nomen incisum cum domino semper retinet, juxta illud Psalm. XLVIII, 12 : « Sepulera eorum domus illorum in aeternum, » id est usque ad saeculi consummationem. Qui haec animo versat, terrena flocci facit, caelestia concupiscit, juxta illud S. Hieronymi ad Paulin. : « Facile cuncta mitti omnia, qui se semper cogitat esse mortuum. » Illud tamen afflictam Jobum vehementer angebat, quod cum non peccasset, tanquam flagitiosissimus homo torqueretur : quare sic congerit :

2. NON PECCAVI, ET IN AMARITUDINIBUS MORATUR OCLUS MEUS. — q. d. Nihil a me admissum propter quod usque adeo vehementer cruciari debeam, et tamen oculi mei nihil experiuntur non amarum, qui jam lacrymarum assiduitate tabescunt, et nihil vident quod exhilaret animum, imo quod non augeat dolorem : oculum enim in amaritudinibus morari idem est quod diu flere, longum fletum effundere, fletum, inquam, amaritudine plenum, qui fortasse somnum abiebat, ut noctes fletu insomnes ducens, recte morari, seu cunctari, vel diutius amare flendo perseverare

dictus sit. Quo sensu autem Jobus a peccato se impnem dicat, cum tamen se aliquando eidem obnoxium fuisse fateatur, in superioribus saepe dictum est, nempe hominum iudicio, qui externa tantum opera considerant, aut comparatione peccatorum, quibus Dominus non nisi gravissima peccata punire solet, qualia in se non inveniebat Jobus : vide quae cap. vi, 2 et cap. ix, 2, 20, 29, 30, etc., dicta sunt. Ultima autem pars hujus versiculi similis est vers. 4 cap. x, ubi vide uberes ejus explanationes. Pulchre autem et apte ad hunc locum B. Laurentius Justinianus lib. De Cast. convul. verb. et anim. cap. xv : « Praestantissimus, inquit, est innocenter humiliari quam juste, nam innocentia meritum cumulat, justitia autem persolvit debitum : juste quippe Propheta sanctus humilitatem se agnovit, qui post violati proximi thorum, post contra Dei voluntatem populi numerationem, post perpetratum homicidium aiebat Psalm. CXVIII, 67 : Prorsumquam humiliaver ego deliqui; juste quoque Propheta alius se et populum Dei humiliatos confitebatur, cum lacrymosa prece diceret Domino Dan. ix, 3 : Peccavimus, iniquitatem fecimus, imple gessimus, et recessimus, et declinavimus a mandatis tuis atque iudicis : neque enim in justificationibus nostris prosterminimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis : propter peccata quidem nostra et iniquitates patrum nostrorum Jerusalem et populus tuus in opprobria sunt omnibus per circuitum nostrum : innocenter vero humiliatus fuerat Job, vir atque simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo : qui post amissam substantiam, post naturam interitum, post vulnereum cicatrices et vermium rosionem in sua perseverans innocentia dicebat confidenter : Non peccavi, et in amaritudine moratur oculus meus. »

Lectio Hebraica hoc loco plurimum videtur a Vulgata disare; sed utramque Sanctus noster optime conciliat, ut eadem sit, aut certe non admodum diversa sententia : sic autem est hebraice, profecto illusores aut mendaces mecum, ita nimirum appellat suos falsos amicos, quia dicebant ipsum esse sceleratum, et propter sua peccata tam acerbe puniri, quos dum mendaces dicit atque illusores, non obscure docet in se nullum esse peccatum; quod idem est atque non peccavi. Graeci hunc versiculum cum sequenti confuderunt, unum ex duobus sua versione facientes, et aliam sententiam reddentes : ita enim convertunt, ἡσυχία κἀμνον καὶ τὴν οὐσίαν; ὀδύνην δὲ περὶ τὰ ὑπέσχηται ἀδελφοί. τίς ἔσται ἄδικος; τί γὰρ πρὸς ἀδελφόν, supplico laborans; et quid faciam? furati autem sunt bona mea externi : quis est hic? manui meae colligetur; ubi illud supplicio laborans respondet istis Vulgati verbis, in amaritudinibus moratur oculus meus, quod Septuaginta sic intellexerunt, ac si Job dicat oculos suos in Deo morari, id est, in tantis arummi ad Deum solum esse conversos ipsius opem implorando, sicut dixit David Psalms.

Præstat innocenter pati quam nocenter.

Lectio hebraica et graeca variata, et conciliatio cum Vulgata.

Vers. 1. Job sig. afficit et hic extrinsecum vultu.

Sepulcrum hominis domus usque ad saeculi consummationem.

Vers. 2. Job pro. testatur se non ob peccata esse affligi.